1532. d. 30 Julii

27

# Sigismundus Primus Rex Poloniae

Christofero Szydlovicio Castellano Cracovien.
Regni Nostri Cancellario

Magnifice sincere Nobis dilecte

Credimus non ignorare Sincer. tuam quod Generosus Joannes Pieniązek Judex terre Cracovien. cum in vivis adhuc esset, quatuor millia Floren. Nobis in redemptione bonor. Sandecz quae Generoso olim Petro Odnowski erant oppignorata, ea conditione dederit, ut tamdiu ipse vel heredes sui dictis bonis praeessent, eaque tenerent, quamdiu haec summa ex perceptione proventuum, non extenuaretur. Cujus conditionis jam pene moriens idem ipse Judex et aliam hanc Nobis suscipientibus, adjecit, quod heredes sui redempto pecunia sua censu quem Cives Sandecen. quotannis pendunt Vicariis Ecclesiae Cathedralis Cracovien. debeant etiam in praefectura Sandecen. ad extenuationem ejusdem pecuniae solvendae permanere.

Quare cum neque per has susceptas conditiones neque per datam obligationem, et promissionem Nram literariam, liceat Nobis Stis Tuae petitionis et meritor. Generosi Stanislai Stadnicki Castellani Sandecen. rationem habere boni consulet et integra

tua

et id non nostrae voluntati sed occasioni necessitatis attribuet. Quam bene salvam et felicem esse optamus

Cracoviae 22 Junii Anno Domini 1532.